

tiquis eorum progenie <sup>(a)</sup>, sicuti commemoratos habemus <sup>(b)</sup>. deinde vero recollegunt se <sup>(c)</sup> in antiqua Venetia ex diversis provinciis; edificantes <sup>(d)</sup> castra, manserunt ibi. prima extitit Adres <sup>(e)</sup>, qua hunc <sup>(f)</sup> mare ab illa civitate nomen accepit, quod <sup>(g)</sup> Adriatico simum <sup>(h)</sup> nominatur; deinde Aquilegia, nobilissima et precipua <sup>(i)</sup>, et 5 Concordia <sup>(k)</sup>, Antinopoli, Padua, Mantua <sup>(l)</sup>, Verona, Gardisana, Ovederço et Altinense pulcherrima <sup>(m)</sup> civitate <sup>(n)</sup> et Auxolum, castellum pulcherrimum, qui a terra usque ad culmen <sup>(o)</sup> mellorum a gradibus ascendebat, Tarvisana, Cormona, Freyna, Modena, vegla Vercellis <sup>(p)</sup>, Plasencia, Crispula, que Parma appellata est. tote iste, quas 10 supra diximus, civitates et ceterae <sup>(q)</sup> aliae, que innumerande sunt, et eum castellum Auxolum mirabile edificaverunt ipsi Troiani, qui <sup>(r)</sup> cum Enea, illorum princeps, quos antea gentiles fuerunt, venientes de illa antiqua magna Troia <sup>(s)</sup>, que modo ab Enea nomine Andreati Enetici nuncupantur. Enetici namque laudabiles dicuntur. 15

Transactis autem multorum annorum temporibus <sup>(t)</sup> ab incarnatione domini nostri Iesu Christi surrexit <sup>(u)</sup> ab illa australi <sup>(v)</sup> plaga impius paganus, nomine Atilla, sevissimus, cum magno exercitu; venit et intravit in illam antiquam Venetiam <sup>(x)</sup>, Deo sibi contrario, et <sup>(y)</sup> cepit destruere cunctas <sup>(z)</sup> Venetie civitates et depredare omnes. 20 veniens <sup>(aa)</sup> Aquilegiā <sup>(bb)</sup>, circumdedit in giro cum quingentis <sup>(cc)</sup> milibus <sup>(dd)</sup> bellatorum <sup>(ee)</sup> hominum; quam comprehendentes, destruxerunt eam <sup>(ff)</sup> usque ad solum. deinde temporibus Eraclii <sup>(gg)</sup> imperatoris venerunt Venetici, qui <sup>(hh)</sup> remanserant <sup>(ii)</sup> de captivitate, et fecerunt Civitatem novam, que Eracliana <sup>(kk)</sup> nuncupata <sup>(ll)</sup> est, et manserunt ibi 25 usque temporibus <sup>(mm)</sup> Caroli <sup>(nn)</sup> Magni, regis Francorum. eodem namque tempore <sup>(oo)</sup> inter Paulicium <sup>(pp)</sup> ducem et Gradensem patriarcham orta est contentio magna. Paulicius simul cum filio suo <sup>(qq)</sup> in

- (a) *D* profenie    (b) *V* abemus    (c) *S* om. se    (d) *D* hedificantes    (e) *V* Adres
- (f) *S* *V* huc    (g) *S* quo    (h) *D* sinu *V* sinuu    (i) *V* precipuam    (k) *D* *V* concordiam
- (l) *D* *V* et Mant.    (m) *D* pulcherissima    (n) *S* Altinum civitatem pulcrum
- (o) *D* *V* culmine    (p) *D* Vercellis    (q) *D* ceterre    (r) *S* *D* *V* que    (s) *S* magna antiqua Troia    *V* magne Troie    (t) *V* tempora    (u) *D* surexit    (v) *D* australe *V* australem
- (x) *D* antiqua Venetia    *V* illa antiqua Venetia    (y) *D* *V* om. et    (z) *S* *V* cuncte
- (aa) *D* venies    *V* venientem    (bb) *D* *V* Aquilegia    (cc) *V* quingenti *D* quigentis
- (dd) *S* *V* milia    (ee) *D* belatorum    (ff) *V* ea    (gg) *S* Eracl. temp.    *V* Eradii
- (hh) *D* *V* quod    (ii) *V* remanserat    (kk) *V* civitate nova q. Eradiana    (ll) *S* cunctapata
- (mm) *V* ad temp. *D* temporibus    (nn) *S* Karli    (oo) *D* tepare    (pp) *D* Paulinum
- (qq) *S* *D* om. suo